

1689 Februar 6., Konstanz

A

SCHREIBEN VOM BISCHÖFLICH-KONSTANZISCHEN OFFIZIAL DR. CAN. US
 J[OHANN] BLAU AN DEN [BISCHÖFLICH-KONSTANZISCHEN] KOMMIS-
 SAR UND DEKAN VON ZUG, DR. JOHANN JAKOB SCHMID

"Quia Nobis refertur, ... Dominum Gabrielem Jtten, antehac [d.h. von 1663 bis 1688] Parochum in Lawerts [=Lauerz], et tunc in Egeri transgressum, diem ibi clausisse ultimum [d.h. am 1. Februar 1689] (cuius anima Deo vivat) et verò is ceu Reus causam et causas habet contentiosas in Nostro Tribunali pendentes etc. Hinc (praeter ordinariam Dispositionem tam Juris communis, quam Statutorum nostrorum Synodali-um) isthoc nostro speciali Decreto Tibi supradicto Commissario mandamus, quatenus cum Adiuncto Secretario [=Sekretär des Dekanats Zug-Bremgarten?], aliove Sacerdote mox nostris nomine et autoritate ob-signes relictam defuncti haereditatem¹, cum omnibus scripturis, actis, alijsque appertinentijs etc. desuper suo tempore (de quo tamen Nos priùs certiorari optamus) legitimum Inventarium conficias, idque unâ cum copijs testamenti, si quod extet, clausum Nobis transmittas, neque hac in re, ceu verè Ecclesiastica, et (dum quaevis haereditas personam defuncti notorio et indubitato iure repraesentat) ad solum Judicem Ecclesiasticum spectante, Jmmunitati Ecclesiasticae ac Jurisdictioni Ordinariae quidquam aquocunque praeiudicari sinas, etiam (si opus fue-rit) cum comminatione Censurarum, et invocatione Bracchij saecularis [Ammann und Rat von Stadt und Amt Zug gemeint], quatenus nimirum Ju-stitia suum sortiatur effectum, ita, prout merita causae, rectusque iuris ordo postulaverint. In quibus omnibus ritè ac fideliter peragen-dis tuam et Adiuncti tui Conscientias oneramus super peractis accura-tam scriptam relationem proxime exspectantes etc."

1) s. auch Zurlaubiana AH 57/89

Kopie, wohl aus dem Besitze des Ammanns von Stadt und Amt Zug, Beat Jakob I. Zurlauben - AH 111, 168-169 - Blatt 168^v und 169^f leer